Patria. Gallia, Heluetia, Italia, Oriens.

Fl. Maio. ♃.

Caulis ſtriatus. *Folia* oppoſita, glaberrima. *Flores* germini inſidentes, rubri. *Anthera* purpurea. *Piſtillum* corolla et ſtamine longius. *Semen* longum ſtriatum.

In Sicilia pro acetariis colligitur.

2. Valeriana (*Phu*) floribus triandris: foliis caulinis pinnatis; radicalibus indiuiſis. *L.*

Valeriana hortenſis. Tit.

Phu veterum.

Großer oder Gartenbaldrian. Theriakkraut.

Patria. Alſatia.

Fl. Iunio. ♃.

Radix odore, ſapore et viribus conuenit cum *Valer. officinali.*

CROCVS.

Cor. 6-partita, aequalis. *Stigmata* conuoluta.

1. Crocvs (*ſatiuus*) ſpatha vniualui, radicali: corollae tubo longiſſimo. *L.*

α. vernus.

Crocus vernus flore violaceo, albo, et aureo. Tit.

Safran. Frühlingsſafran.

Patria. Alpes Heluetici, Pyrenaei, Luſitanici, Tracici.

Fl. Aprili. ♃.

Plantae, cuius ſtigmata cum ſtylis Crocum ſuppeditant officinalem, varietatem eſſe, cenſet Linnaevs: licet ſtigmata noſtri aliter formata ſint, et nec aroma nec fragrantiam ſpirent.

GLA-